

# THEATRVM VERITATIS, ET IVSTITIAE SIVE DECISIVI DISCVRSVS

Ad veritatem editi in forensibus controuersijs Canonicis & Ciuilibus,  
in quibus in Vrbe Aduocatus, pro vna partium scripsit,  
vel consultus respondit

IO. BAPTISTA DE LVCA  
VENVSINVS.

*Per materias seu titulos distincti iuxta seriem de qua proxime.*

LIBER QVINTVS  
DE VSVRIS, ET INTERESSE;  
Par. II. de Cambijs, Par. III. de Censibus, Par. IV.  
de Societatibus Officiorum.




A. Clouet scul.

ROMAE,  
Typis Heredum Corbelletti; M. D. C. LXIX.

SUPERIORVM PERMISSV.

# REV. CAMERAE APOSTOLICAE TRIBVNALI.



IOANNES BAPTISTA DE LVCA  
FELICITATEM.



SVRAS necessarias exigere mutuatori  
lex prohibet, mutuatario verò pro acce-  
pti beneficij merito, et ex illa obligatio-  
ne, quam nos Iuristæ *Antidoralem* dici-  
mus, voluntarias præstare nedium per-  
mittit, sed quodammodo præcipit; Cum  
itaque in mea diuturna Aduocationis negotiatione, ipsis  
meis laboribus editis ac edendis edocentibus, hoc AM-  
PLISSIMVM TRIBVNAL ingens mihi fuerit mutuator,  
dum eorumdem laborum magna pars præsertim de  
FEVDIS et BVLLA BARONVM, de REGALIBVS,  
ac de SERVITVTIBVS et VTROQVE RETRACTV, in ipso  
TRIBVNALI, vel in eius filialibus Congregationibus,  
BARONVM, MONTIVM, et COMPVTORVM tractata fuit:  
Ex dictæ obligationis impulsu, nè sim reus legum, quas  
alijs suadeo, hoc mei THEATRI volumen de VSVRIS,  
CAMBIIS, CENSIBVS, et SOCIETATE OFFICIORVM  
sub VESTRI nomine & tutela publicæ luci exhibeo, vt  
ita mei debiti ac obsequij vsuras persoluam, beneficiorum  
cambium præstem, ac me censitum agnoscam.

**D E V S V R I S**  
**E T**  
**I N T E R E S S E**  
**DISCVRSVS PRIMVS**  
**F I R M A N A**  
**P R O**  
**P A I T I N I S**  
**C V M**  
**B E N E T T I S:**

*Discursus arbitralis pro veritate.*

De contractu trino, seu de tribus contractibus, societatis, assecurationis sortis, & assecurationis lucri, An codem tempore cum eadem persona celebrari possit; Et quid ubi dicti tres contractus non exprimuntur, sed datur simpliciter pecunia sub certo lucro, An subintelligantur pro codem lucro substituendo.

*S V M M A R I V M.*

- 1 **F** A*Hi series.*
- 2 **E**x pecunia non dantur accessiones.
- 3 **D**e contractu trino, seu triplici contractu, societatis, & duplicitis assecurationis sortis & fructuum, quod valeat.
- 4 **N**on est necessaria explicita conuentio dictorum trium contractuum, sed sufficit implicita.
- 5 **D**e conclusione de qua num. 3. quod non valeat.
- 6 **I**n materia usuraria alijsque materijs sori externi, Canonistis potius quam Moralibus est deferendum.
- 7 **D**icti contractus ex sensu Rotæ substituentur ex interuello.
- 8 **D**ecisiones Rotæ non attenduntur in eo quod dicunt incidenter.
- 9 **M**inutisque allegari possunt pro decisionibus ubi pender reuiso.
- 10 **D**e conf. 520. Romani vescic receptum.
- 11 **E**xpenditur cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor.
- 12 **Q**uando procedat opinio Moralium, de qua num. 3.

- 13 **D**e differentia inter forum internum, & externum in materia usuraria.
- 14 **D**e differentia inter casum in quo dicti tres contractus explicitè deducantur, & quando tacite.
- 15 **M**aior urget suspicio ubi dicti contractus sunt super pecunia, quam si super animalibus, & alijs rebus.
- 16 **E**tiam in casu quo dicta conuentio trium contractuum sit licita requiritur congrua recompensa assecurationis.
- 17 **A**n obseruantia, & coniuetudini sit deferendum in hac materia.
- 18 **Q**uando dispositio tex. incap. per vestras locum habeat, Et an sauvor alimento in hoc operetur.
- 19 **D**e contractu per quem dat quis alteri pecuniam ad eam transandum, & girandum super cambijs.
- 20 **Q**uando substituentur tres contractus predicti etiam in sensu Canonistarum.